

# ANALEKTEN.

---

1.

## Neue Texte zur Geschichte des apostolischen Symbols.

Herausgegeben

von

**A. E. Burn B. D.,**

Rector of Kynnersley (Wellington Salop).

---

IV<sup>1</sup>.

### **Interrogationes des ETTY.**

Der Text, den ich im Weiteren biete, ist entnommen aus einem Manuskript, das ich in der Bibliothek zu Gent kennen lernte und welches der Herr Bibliothekar die Güte hatte zu näherer Untersuchung für mich auf die Universitätsbibliothek nach Cambridge zu senden. Es handelt sich um Cod. Gandavensis 324, der ursprünglich dem Kloster des h. Maximinus bei Trier gehört hat (wo er die Nummer I, 9 trug), und der eine Sammlung interessanter Dokumente enthält. Er beginnt mit dem Werke Alkuins de trinitate und enthält u. a. den sog. Troyes-Kommentar zum Athanasianum<sup>2</sup>. Die Notiz, daß er dem 11. Jahrhundert angehöre, glaube ich mit guten Gründen beanstanden zu können, es ist wahrscheinlich, daß der Codex im Beginn des 10. oder schon zu Ende des 9. Jahrhunderts geschrieben ist.

Die „Interrogationes“ sind theologisch nicht belanglos. Sie

---

1) Vgl. I im 19. Band, II und III im 21. Bd.

2) Bisher war nur eine Handschrift des Kommentars bekannt, vgl. Burn, *The Athanasian Creed and its early commentaries*. (Texts and Studies ed. by J. Arm. Robinson IV), p. 21 sqq.

verraten einen Geist, der von mancherlei Problemen erfüllt ist. Die Unbeholfenheit und Dürftigkeit der Reflexionen, denen doch der common sense nicht fehlt, erweckt eher Teilnahme als Spott; der Stolz, mit dem der Abschreiber einige griechische Buchstaben zum Eingange abmalt, erinnert uns an den großen Verlust, den die Kirche durch das Schwinden der Kenntnis der griechischen Sprache erlitt.

Wer der „Etty“ ist, der die *Interrogationes* für seine „*auditores*“ niederschrieb, ist vielleicht nicht sicher zu entscheiden. Es giebt im beginnenden Mittelalter und bis ins 9. Jahrhundert eine ganze Reihe Persönlichkeiten dieses Namens. Die Form des Namens ist sicher nicht zu urgieren; wir müssen die Namen Etto, Hetti, Heddo, Hedda, Hatto, Haito, Adda etc. mit in Betracht ziehen, siehe das *Dictionary of Christ. biogr.* Wenn der Zusatz „*archiepiscopus*“ in dem Manuskript zuverlässig wäre, könnte nur an Hetti von Trier gedacht werden. Dieser war Abt von Mettlach an der Saar, dann Erzbischof von Trier 814—847. Zu ihm stimmt der Ursprungsort des Codex. Man weiß freilich nicht, wie weit er theologisch interessiert war. Der Inhalt der *Interrogationes* bietet keine speziellen Anhaltspunkte. Vom „*symbolum catholicum*“, d. h. von C wird einmal gesagt, daß es „*cantari solet*“. Das weist lokal ins Frankenreich, ohne daß Genaueres abzuleiten wäre, siehe F. Kattenbusch, *Das apost. Symbol*, II, Register unter „Singen des Symbols“. An einer späteren Stelle sagt Etty: „*Qui audit, lege homeliam Sancti Silvestri papae die natali domini*“. Das klingt, wie wenn auf ein geläufiges Homiliarium angespielt werde. Ich konstatiere nur, daß das nicht das Homiliar des Paulus Diaconus ist, welches überhaupt keinerlei Homilie des Silvester enthält; siehe Fr. Wiegand, *Das Homiliarium Karls des Großen* auf seine ursprüngliche Gestalt untersucht, 1897 (*Studien zur Geschichte der Theol. etc.*, herausgeg. von N. Bonwetsch und R. Seeberg, I, 2). Aber es hat ja eine Reihe ähnlicher Homiliarien gegeben, die mir nur zur Zeit nicht zugänglich sind. Hier hat die Forschung noch genauer vorzugehen.

Es ist auch ganz wohl möglich, daß Heddo von Straßburg der Verfasser der *Interrogationes* ist. Von ihm handelt A. Hauck in seiner „*Kirchengeschichte Deutschlands*“ an mehreren Orten. Vgl. Bd. I und II, 1887 und 1890. Als Pirmin nach kurzem Aufenthalt (drei Jahre) die Reichenau verließ, 727, wurde Heddo, der Sohn des elsässischen Herzogs Ethiko I, zu seinem Nachfolger gewählt. Schon 732 mußte Heddo in Reichenau weichen. Er wurde dann Bischof von Straßburg, als welcher er uns in der Geschichte des Bonifatius begegnet. Er ist Stifter oder Mitstifter der Klöster zu Altaich in Bayern und Ettenheim

im Elsaß. Sein Name begegnet urkundlich zuletzt im Dezember 775 (Hauck II, S. 723). Heddo war der allzeit willige und verständnisvolle Helfer des Bonifaz und Pippin. Ihm ist durchaus das Maß theologischer Interessen zuzutrauen, welches in den Interrogationes zu Tage tritt.

Anzuregen ist ferner auch noch die Frage, ob nicht Hatto, Mönch und Vorsteher der Schule auf der Reichenau, dann Bischof von Basel und Abt der Reichenau, der Verfasser sein könnte. Vgl. über ihn Hauck, Bd. II var. loc., und Kattenbusch II, 833, Dict. of Chr. biogr. sub „Hetto“; nach letzterem Artikel ist er 763 geboren und 836 gestorben. Er ist notorisch für die Hebung des Wissens seines Klerus, insonderheit auch für die Symbole, darunter das Athanasianum, interessiert gewesen. — Schliesslich könnte man an Hatto, den Nachfolger des Hraban als Abt von Fulda, denken; doch war er nicht Bischof.

Ich gebe die Interrogationes vollständig, obwohl sie nicht in allen Beziehungen zu der Überschrift dieses Artikels passen; im Eingang handelt es sich nämlich um das Vaterunser. Auf das Symbol ist in den Interrogationes so Bezug genommen, daß teils C, teils das Athanasianum, nur unsicher auch ein Symbol wie T, zu Tage tritt. Der ganze Passus, der auf das Symbol direkt Bezug hat, ist nicht neu. Er ist vielmehr identisch mit dem „Sermo de fide“, den im Ordo romanus vulgatus, ed. Hittorp, der Papst den zu weihenden Bischöfen vorhält. Cod. Gandav. bietet uns eine neue, meist nicht eine bessere Handschrift zu diesem Sermon. Vgl. zu letzterem Kattenbusch II, S. 808, Anm. 74. Hier ist übersehen, daß zweifellos das Athanasianum mitbenutzt ist.

Cod. Gandauensis 324, p. 248.

INΘHPPΩΓAKIΩNHΘ ΦOAC HΘΘY APKBY HHC  
 suis proposuit auditoribus, ut qui seriem legere nequeunt scripturarum nec ab aliis lecta pleniter intelligere<sup>1</sup> saltim pauca floribus spiritalibus a nobis de diuinitate prolatis corda illorum arentia boni odoris fructum aspersa redolere ualeant, non in sublimitate sermonis sed utilitate sensuum, quae strictim breuiterque congestissimus per interrogationem et responsionem uelut more puerilo solito huius operis adsertionis quaeant intimare inter quas peregrinis id est graecis<sup>2</sup> characteribus<sup>3</sup> adsignauimus ut confusio vel error poenitus tollatur et ordinem fidei catholicae enarrare.

*M.* Frater, orationem dominicam didicisti; an auctorem ipsius vel qua de causa prolata est, an cognitionem harum petitionum?

*A.* Domine, didici hanc orationem quam dixistis dominicam,

1) Cod. intellegere semper. 2) grecis. 3) characteribus.

in libro uidelicet Matthaei <sup>1</sup> et Lucae euangelistae. Hac de causa apostolis prolata ipsis petentibus ne superflua in prolixione sermonis peterent. In qua oratione septem sunt petitiones quarum tribus aeterna <sup>2</sup> poscuntur, reliquis quattuor temporalia. Omnis enim latitudo scripturarum in eadem oratione dominica et symboli <sup>3</sup> trinitate coartatur, quibus bene duo praecepta coaptari posse fateor, uidelicet dilectio dei et proximi, ut ait propheta:

ad breuationem <sup>4</sup> audiui a domino deo exercituum, quae singillatim distinguenda sunt hoc ordine. Pater noster qui es in caelis sanctificetur nomen tuum. Te patrem deum inuocamus qui uoluisti nos tibi facere filios adoptiuos et in animabus iustis sedem uis habere, ut sanctitas nominis tui quae apud te est maneat in nostro pectore. Adueniat regnum tuum. Deficiat cottidie regnum diaboli crescatque tuum. Fiat uoluntas tua sicut in caelo et in terra. Id est oboediatur <sup>5</sup> sicut ab angelis ita et ab hominibus. Panem nostrum cottidianum <sup>6</sup> da nobis hodie. Semper quamdiu sumus in saeculo dignare ministrare nobis omnia necessaria. Et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Cottidie <sup>7</sup> enim peccamus et ideo necesse est nobis cottidie dicere 'dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris'. Te donante deus molle sit cor nostrum ut cito ignoscamus et tu ignoscas nobis. Et ne nos inducas in temptationem ne permittas nos a diabolo ita temptari ut superemur. Sed libera nos a malo, id est a peccatis quae gessimus.

*M.* Symbolum didicisti aut auctorem eiusdem habes uel cuius lingua symbolum sit, an latina quid interpretaetur?

*A.* Domine, symbolum quod dixisti me didicisse <sup>8</sup> graecus <sup>9</sup> sermo est. In latina uero <sup>10</sup> lingua conlatio dicitur. Auctorem enim ipsius conlationis habemus Petrum et ceteros apostolorum, qui post domini resurrectionem hanc conlationem decantauerunt.

*M.* Bene dixisti. Nonne aliquid <sup>11</sup> ex ea in doctorum libris capitulum relegisti in quo assertionem <sup>12</sup> ipsius intellegas?

*A.* Legi, ni fallor, quamquam sub breuitate tamen dilucide hoc ordine continente:

Credimus in unum deum patrem omnipotentem uisibilem et inuisibilem factorem. Et in unum dominum nostrum Iesum Christum filium dei uiui et Spiritum Sanctum deum non tres deos sed patrem et filium et spiritum sanctum unum deum coli-

1) Matthei. 2) aeternam. 3) symboli.

4) breuatione. 5) hoboediatur. 6) cotidianum corr.

7) cottidie \*. 8) didi (ss ras) cisse.

9) grecus. 10) o ras. 11) id man sec.

12) Supr. assertionem ÷ niero? ion?

mus confitemur et adoramus. Patrem credimus ingenitum, filium genitum, spiritum uero sanctum non genitum non creatum neque factum sed de patre et filio procedentem, patri et filio coaeternum et coaequalem et cooperatorem. Et in hac trinitate nihil esse prius aut posterius, nihil esse minus aut maius, sed coaeternae sibi sunt et coaequales. Itaque pater et filius et spiritus sanctus et tres unum sunt, tres nec confusi nec diuisi sed distincti coniuncti et coniuncti distincti, aequales diuinitate consimiles maiestate, qui ita uniti sunt ut tres quoque non dubitemus. Ita tres sunt ut separari a se non posse fateamur. Diuiditur, ut ita dicam, haec sancta trinitas indiuisibiliter et coniungitur diuisibiliter. Quemadmodum ipse dei filius Iesus Christus affatus est dicens: 'Ego et pater unum sumus'. In 'unum' quod dixit pluralitatem exclusit. In 'sumus' quod addidit personas manifeste ostendit. Credimus et in nouissimis temporibus propter nos homines et propter nostram salutem dei filium descendisse de caelis et adsumpsisse humanam carnem ex Maria semper uirgine. In qua uero carne quam ueraciter adsumpsit passus est et flagellatus est, colaphis atque sputis inlusus, spineam coronam in capite gestans, cruci cum impiis latronibus adfixus, ut et illud impleretur quia: 'Et cum iniquis deputatus est'. Fel et aceto potatus est, sicut praedictum fuerat: 'Et dederunt in esca mea fel et in siti mea potauerunt me aceto'. Mortuus est, descendit ad inferos et animas quas uoluit, quae ex Adam uinculo ili adstricte tenebantur, ad superos renouauit. Tertia die resurrexit a mortuis et per quadraginta dies post resurrectionem suam in terris conuersatus est, et cum discipulis suis adloquens atque conuescens loquutus est dicens: 'Videte manus meas et pedes meos quia ego ipse sum et cetera'. Post hoc in monte <sup>1</sup> Oliueti conscendens, uocatis discipulis, ait illis: 'Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quaecumque praecepi uobis. Ecce, ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi'. Tunc uidentibus illis ascendit ad caelum sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Inde eum uenturum expectamus ad iudicium iudicaturus uiuos et mortuos et reddere unicuique aut uitam aeternam praemium boni meriti aut sententiam pro peccatis aeterni supplicii. Credimus unum baptisma. Credimus carnis resurrectionem et in triginta annorum ad iudicium uenturos <sup>2</sup>. Credimus sanctam ecclesiam catholicam toto orbe diffusam. Credimus remissionem omnium peccatorum, communionemque sanctorum, uitam aeternam. Amen.

1) montem. 2) uenturus \*.

*M.* Quae distinctio est inter personam patris et filii et spiritus sancti?

*A.* Inter personam patris et filii et spiritus sancti haec distinctio est, quod pater nec natus nec factus est, filius natus non factus, spiritus uero sanctus nec natus nec factus sed ex patre filioque procedens. Proinde pater aeternitatem habet sine natiuitate, filius natiuitatem cum aeternitate, spiritus uero sanctus processionem sine natiuitate. Pater ex nullo exordium ducit, filius ex patre originem sumit, spiritus uero sanctus ex patre filioque procedit.

*M.* Quid est inter essentiam substantiamque dei?

*A.* Inter essentiam dei et substantiam hoc quidam defini-erunt: quod substantia est, id est quia non ab alio sed semper ex se est. Hoc est quia propria intra se uirtute<sup>1</sup> subsistit. Essentia<sup>2</sup> uero in deo idcirco est dicta quia semper est nec incipiens<sup>3</sup> aliquando nec desinens est sed esse proprium eius est semper.

*M.* Cur<sup>4</sup> filius nunc aequalis nunc minor patri dicatur?

*A.* Inter id quod filius nunc aequalis nunc minor patri dicitur ista est differentiae quia primum est aeterna substantia, alterum humanae naturae<sup>5</sup>. In forma enim serui qua factus est ex muliere pater maior illo est. In forma enim dei in qua erat ante carnis adsumptionem patri coequalis est. Pro illo dictum est: 'Pater maior me est'. Ideo dictum est: 'Ego et pater unum sumus'. Aequalis ergo patri in quantum deus est, subiectus uero in quantum homo est.

*M.* Quid differt inter id quod Christus nunc unigenitus nunc primogenitus esse dicatur?

*A.* Primum horum ad patrem pertinet, alterum ad nos. Nam secundum diuinitatis excellentiam unigenitus est a patre iuxta euangelium quod dicit: 'Et uidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre'. At uero secundum fraternam societatem primogenitus est uniuersae<sup>6</sup> creaturae. Iuxta id quod apostolus ait: 'Ut sit ipse primogenitus in multis fratribus'. Est ergo unigenitus in substantia deitatis, primogenitus in susceptione humanitatis, unigenitus in natura, primogenitus in gratia.

*M.* Notitiam catholicorum librorum in qua de unitate trinitatis et trinitate unitatis legisti?

*A.* Legi unde aliquod paternitati uestrae libet recitare capitulum in quo omnis conteritur hereticorum ambiguitas et declaratur Christianorum ueritas: Teneamus igitur firmissime patrem et filium et spiritum sanctum unum esse naturaliter deum neque

1) uirtutem.    2) essentiam.    3) incipietis.  
4) quur.    5) humane nature.    6) uniuerse.

tamen ipsum patrem esse qui filius est nec filium ipsum esse qui pater est nec spiritum sanctum ipsum esse qui pater aut filius est. Una est enim patris et filii et spiritus sancti essentia in qua non est aliud pater aliud filius aliud spiritus sanctus quamuis personaliter alius pater alius spiritus sanctus quod nobis maxime in ipso sanctorum scripturarum demonstratur initio. Ubi deus dicit: 'Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram'. Cum enim singulari numero dixit imaginem ostendit unam naturam esse ad cuius imaginem homo fieret. Cum uero dicit pluraliter 'nostram' ostendit deum, ad cuius imaginem homo fiebat, non unam esse personam. Si enim illa una essentia patris et filii et spiritus sancti una esset persona non diceretur ad imaginem nostram sed ad imaginem meam, nec dixisset faciamus sed faciam. Si uero in illis tribus personis tres essent intelligendae uel credendae <sup>1</sup> substantiae non diceret ad imaginem nostram sed ad imagines nostras. Sed ad unam imaginem unius dei homo factus dicitur ut una sanctae trinitatis essentialiter diuinitas intimitur. Hanc quoque trinitatem personarum atque unitatem naturae <sup>2</sup> propheta Esaias reuelatum sibi non tacuit cum se dicit seraphym uidisse clamantia: 'sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus sabaoth'. Ubi prorsus in eo quod dicitur tertia 'sanctus' personarum trinitatem, in eo uero quod semel dicitur 'dominus deus sabaoth' diuinae <sup>3</sup> naturae cognoscimus unitatem.

*M.* Quia superius fidei nostrae regulam declarasti libet in paucis sermonibus enarrare eius etymologiam <sup>4</sup>. Fides, quid est?

*A.* Credulitas siue credentia.

*M.* Quod est catholica?

*A.* Uniuersalis.

*M.* Quae appellatur fides catholica?

*A.* Eo quod ab uniuersa ecclesia teneatur.

*M.* Quomodo deus uere sit unitas et uere trinitas?

*A.* Unitas in substantia, trinitas in personis.

*M.* Quid sit proprium uniuscuiusque personae <sup>5</sup> in sancta trinitate?

*A.* Proprium est patris quod solus est pater et quod ab alio non est nisi a se. Proprium filii quod a patre genitus est solus a solo coaeternus et consubstantialis genitori. Proprium est spiritus sancti quod nec ingenitus nec genitus est sed a patre et filio aequaliter procedens.

*M.* Quare spiritus sanctus non debet ingenitus uel genitus dici?

*A.* Quia si ingenitus diceretur sicut pater duo patres si genitus duo filii aestimari <sup>6</sup> possint in sancta trinitate.

1) credende, credente. 2) nature.

3) diuine. 4) ethimologiam. 5) persone. 6) estimari.

*M.* Utrum solus pater aut solus filius aut solus spiritus sanctus per se plenus deus et perfectus dici debeat?

*A.* Utique pater per se est plenus deus similiter et filius plenus deus si solus nominetur et spiritus sanctus plenus deus creditur.

*M.* Si unaquaeque persona per se plenus deus dici potest, quare non tres deos dicimus patrem et filium et spiritum sanctum?

*A.* Quia una substantia est pater et filius et spiritus sanctus non tres substantiae; perinde unitas<sup>1</sup> substantiae tres deos prohibet dicere uel credere.

*M.* Dum tres personas dicimus patrem et filium et spiritum sanctum quare non tres deos nec tres omnipotentes nec tres magnos nec tres bonos dicere fas est?

*A.* Quia deus et omnipotens et magnus et bonus et aeternus substantialia nomina sunt et ad se dicuntur. Ideo non licet ea plurali numero dicere sed singulari et omne nomen quod<sup>2</sup> substantiam dei uel essentiam significat semper singulari numero perferendum est. Pater et filius et spiritus sanctus relatiua sunt nomina, et ideo tres personae recte dicuntur.

*M.* Quomodo relatiua?

*A.* Secundum dialecticam. Relatiua nomina sunt quae ad aliud aliquid referuntur sicut dominus ad seruum et seruus ad dominum, pater ad filium et filius ad patrem. Prorsus cum dico patrem<sup>3</sup>, filium, significo quia non est pater nisi filius sit cui sit pater; item non est filius nisi sit pater cui sit filius.

*M.* Utrum spiritus sanctus relatiue uel substantialiter dicatur?

*A.* Utique relatiue quia spiritus alicuius spiritus est sed non sicut pater et filius relationis regula tenetur in eo.

*M.* Quare aequalem non habet relationis regulam spiritus sanctus sicut pater et filius?

*A.* Quia circumferri potest patris et filii nomen ad inuicem ut si dicamus pater filii pater et filius patris filius non ita duplicem relationis circumuersionem in nomine sancti spiritus inueniri potest.

*M.* Qua necessitate accidit ut ita non circumferri possit spiritus sancti relatio?

*A.* Recte dicere possumus spiritum sanctum patris et filii et spiritum sed conuerso ordine non possumus dicere patrem spiritus sancti sicut dicimus patrem filii ne duo filii in sancta trinitate aestimarentur<sup>4</sup>. Item non possumus dicere filium spiritus sancti sicut dicimus filium patris ne duo patres in sancta trinitate intelligantur. Dicimus itaque spiritum sanctum patris et filii sine reprocitatione<sup>5</sup> conuersionis nominum relatiuorum.

---

1) unit (s ras) i.      2) quod (si ras).      3) pater.  
4) estimaretur.      5) reprocatione.



*M.* Utrum inseparabilia sint opera sanctae<sup>1</sup> trinitatis?

*A.* Utique quicquid deus operatur totum sancta trinitas inseparabiliter haec eadem operatur opera quia una est sanctae trinitatis operatio sicut una est substantia, essentia, et uoluntas.

*M.* Utrum sancta trinitas in personis separabilis siue inseparabilis dicenda est dum alius est pater alius filius alius spiritus sanctus?

*A.* Uere alius est pater quam filius in persona sicut filius alius est in persona quam pater et spiritus sanctus alius est in persona quam pater et filius non tamen aliud ille uel ille in natura uel in deitate aut in essentia; nec eum patrem potes dicere nisi filium intelligas nec filium dicere nisi patrem intelligas nec spiritum sanctum nisi intelligas cuius spiritus sit. Quo circa omnimodis inseparabilis est sancta trinitas sicut in operibus sic etiam in personis dicenda.

*M.* Si ad solam patris personam<sup>2</sup> pertineat quod dicitur 'qui facit mirabilia magna solus', et apostolus: 'qui solus habet immortalitatem'?

*A.* Nullatenus ad solam patris personam pertinet dum dicitur solus deus siue in nouo siue in uetere testamento, et quod deus solus siue hoc siue illud habeat uel faciat, sed ad totam sanctam trinitatem quae est unus deus omnipotens omnia faciens quae sunt in caelo uel in terra.

*M.* Quomodo beatus Iohannes euangelista dicit: 'deum nemo uidit umquam', et ipse dominus in alio loco ait: 'beati mundo corde quia ipsi dominum uidebunt', et apostolus 'inuisibilem deum' dicit?

*A.* Uideri eum potest deus id est intelligi secundum suae donum gratiae siue ab angelis siue ab animabus sanctorum plenam uero diuinitatis naturam nec angelus quislibet nec sanctorum aliquis perfecte intelligere poterit ideo incomprehensibilis dicitur deus.

*M.* Quod sanctis summum promittitur praemium aeterna dei uisio, an aequaliter uidebunt uel intelligent?

*A.* Nullatenus aequaliter omnes uel angeli uel animae sanctorum deum nec nunc uident uel post resurrectionem uidebunt sed secundum donatoris dispensationem et meritorum qualitatem unusquisque tamen sufficientem in eius uisione suis meritis habebit beatitudinem, nec plus quaeret quam habet nec se minus habere quam uolet dolebit.

*M.* An aliquid distet in deo esse, uiuere, intelligere, posse?

*A.* Nullatenus aliud est in deo esse aliud uiuere uel aliud intelligere uel aliud posse, quia deus eo ipso quo est uiuit et eo quo uiuit intelligit et eo quo intelligit potest et eo quo<sup>3</sup> potest

1) sca. 2) persona. 3) qui.

est, quia simplex deitatis natura unum habet, est, uiuit, intelligit, et omnia potest. Non ita in nobis dum aliud est in nostra natura uiuere aliud intelligere aliud posse, in dei uero haec omnia unum atque idem sunt.

*M.* Utrum<sup>1</sup> dei filio sicut dicitur 'lumen de lumine, deus de deo', potest dici omnipotens de omnipotente, bonus de bono, magnus de magno et caetera talia.

*A.* Regulariter utique tenere debemus quod omnia naturae nomina quae aequaliter de filio dici possunt sicut de patre quod omnia possunt dici illud de illo sicut dicitur 'deus de deo lumen de lumine' ita dicendum est omnipotens de omnipotente bonus de bono magnus de magno, sed non ita in relatiuis.

*M.* Sed quomodo in relatiuis nominibus dicendum est?

*A.* Non possumus dicere uerbum de uerbo quia relatiuum nomen est uerbum quod solus est filius sicut dicimus deum de deo quod non est solus filius nec imaginem de imagine quia solus est filius imago sicut dicimus lumen de lumine quod non est solus filius quia substantiale nomen est lumen.

*M.* Numquid aliud lumen pater et aliud filius?

*A.* Nequaquam aliud sed unum lumen est pater et filius sicut una substantia. Ideo recte dicitur lumen de lumine sicut deus de deo sicut unus deus est pater et filius ita unum lumen est.

*M.* Si una substantia est pater et filius et spiritus sanctus quare solus filius incarnatus est?

*A.* Quia alia est persona filii alia persona patris alia spiritus sancti et sola siquidem persona filii incarnata est operante tamen eandem incarnationem tota sancta trinitate cuius opera sunt inseparabilia.

*M.* Dum in symbolo<sup>2</sup> catholico cantari solet dei filium de spiritu sancto et Maria uirgine incarnatum quare non dicitur filius spiritus sancti sicut dicitur beatae<sup>3</sup> uirginis?

*A.* Non itaque sic de illo sicut et de illa natus est filius dei, de illa siquidem idem sancta uirgine natus est filius dei sicut de matre, non de illo idem spiritu sancto sicut de patre ne duos patres dicerentur in sancta trinitate.

*M.* Si una natura est patris et filii, et filius incarnatus plenus est deus et perfectus, quomodo non pater incarnatus est?

*A.* Filius plenus est deus et perfectus, qui solus incarnatus est et homo factus est, nam ignis una est substantia sed aliud in igne facit calor aliud lux, lux inluminat calor calificat, una tamen ignis natura utrumque facit et calorem et lucem.

1) + filio ras.    2) symbolo.    3) beate.

*M.* Ex qua natura dixit: 'Potestatem habeo ponendi animam meam <sup>1</sup>?'

*A.* Omnium quae in Christo gesta sunt operum auctoritas ex diuinitate est, tamen carni conuenit dicere potestatem habeo <sup>2</sup> ponendi animam meam non diuinitati <sup>3</sup>. Diuinitas non diuisit animam postquam adsumpsit eam in utero uirginis. Caro dimisit dum emisit in cruce spiritum Christus.

*M.* Dic mihi frater in quo est homo ad imaginem dei factus?

*A.* In amina.

*M.* Quomodo?

*A.* Quia anima inuisibilis est et immortalis est sicut et deus. Deus autem inuisibilis est, immortalis est, inlocalis est, inenarrabilis est, inaestimabilis est. Anima autem hominis non est inlocalis sed localis, inde minor est deo. Ipsud habet commune cum deo et ipsud habet imaginem dei.

*M.* Quia de personis tribus patris et filii et spiritus sancti quos ante omnia saecula constantes se aliquantulum explanasti ueritatem nunc rogo ut de incarnatione Christi me interrogante respondeas. Primum ergo quaero <sup>4</sup> a te ut mihi dicas quare incarnatus sit?

*A.* Propter salutem humani generis ut nos et sanguine suo redimeret et in carne exemplum bene uiuendi monstraret et recte in deum credere doceret.

*M.* Quare non aliquem angelum aut aliquem iustum pro se misit ut filiae dei poenam <sup>5</sup> non sustineret in carne?

*A.* Quia nullus angelus aut aliquis iustus sufficiebat totum mundum <sup>6</sup> redimere sicut <sup>7</sup> fecit ille.

*M.* Quando Christus incarnatus est recessit a patre an non?

*A.* Non recessit ab eo sed semper cum illo mansit et manebit.

*M.* Quomodo ergo potuit sine patre aut spiritu sancto incarnari <sup>8</sup>?

*A.* Potuit sine illis duobus personis carnem suscipere sed numquam sine illis esse. Semper fuerunt <sup>9</sup> pater et spiritus sanctus <sup>10</sup> cum illo, sed maiestate non susceptione carnis. Ille solus carnem suscepit, ille solus poenam sustinuit et pater et spiritus sanctus semper cum illo fuerunt <sup>11</sup>.

*M.* Quomodo potest fieri ut et tres unum sint et unus ex his incarnatus sit non omnes tres?

*A.* Sicut fieri potest in cythara melodiis, et ars sit ad dicendum, et manus ad tangendum, et corda ad sonandum, et quamuis unum sine aliquo esse non possit tamen sola corda reddit

1) anima mea. 2) ab eo. 3) diuinitate \*.

4) quero. 5) poene. 6) toto mundú. 7) sic.

8) incarnare. 9) fuit. 10) spiritu sancto. 11) fuit.

sonum. Qui audit lege homeliam <sup>1</sup> sancti Siluestri papae de die natale <sup>2</sup> domini.

*M.* Quando ergo incarnatus est <sup>3</sup> habuit originem ex semine <sup>4</sup> Mariae, ex carne eius, an de nihilo accepit carnem suam?

*A.* Non aliunde aut ex nihilo carnem <sup>5</sup> accepit sed ex semine Mariae conceptus est, unde apostolus ait: 'Misit deus filium suum factum ex muliere factum sub lege non ut alii nolunt qui legunt in hoc loco 'natum ex muliere sed factum' sicut dominus <sup>6</sup> Hieronimus adfirmat. Propterea autem factus ex muliere in hoc sermone dicitur ut confundantur heretici qui dicunt illum natum fuisse per uirginem uel ex uirgine et non carnem accepisse de eius carne. Credimus enim Christum mamillas sanctae Mariae suxisse sicut illa mulier in euangelio <sup>7</sup> clamat: 'Beatus uenter qui te portauit et ubera quae suxisti.' Si ergo ubera Mariae suxisse illum dicimus confiteri debemus ex semine Mariae esse conceptum, quia sicut physici <sup>8</sup> adfirmant utque liquor id est et semen et lac mulieris ex uno loco oriunt et non est conueniens ut illud <sup>9</sup> negemus ex semine mulieris esse conceptum, quem a mulieris lacte credimus et confitemur ablactatum.

*M.* Quando diuinitas Christi incarnata est, est ipsa in carnem conuersa ut desineret esse diuinitas aut est caro conuerso in diuinitatem ut desineret esse caro?

*A.* Qui taliter intelligit ut asseris falsiloquus <sup>10</sup> hereticus esse conuincitur. Non enim diuinitas <sup>11</sup> in humanitate esse conuersa ut ultra non esset diuinitas, neque caro in diuinitatem ut deinceps non esset caro. Sed <sup>12</sup> et diuinitas licet carnem susceperit uera et incommutabilis permansit diuinitas et licet caro suscepta sit a diuinitate tamen uera et incommutabilis permansit caro, et propterea Christus <sup>13</sup> uerus deus et uerus homo.

*M.* Est diuinitas et humanitas duae <sup>14</sup> personae an una?

*A.* Una tantum sicut enim unusquisque homo ex carne et anima constat ita Christus ab ipso tempore incarnationis unus ex diuinitate et carne et anima. Constat una est ergo persona in Christo intelligenda <sup>15</sup> non duae.

*M.* Est Christus solummodo secundum diuinitatem deus an etiam et secundum humanitatem aut et solummodo secundum carnem homo et non etiam secundum diuinitatem?

*A.* In hoc loco ut tibi satisfaciam uerba sancti Augustini <sup>16</sup> doctoris carissimi respondeo. Cum enim ille de eo loco tractaret

1) omelia. 2) innatalis. 3) + et? ras.

4) exmine bis. 5) carne.

6) domnus. 7) euangelium. 8) fisici.

9) falsilegus. 10) illut. 11) diuitas. 12) set.

13) d ras? 14) due. 15) intelligend(e ras) a.

16) agustini.

ubi ait apostolus de Christo: 'Sed semet ipsum exinaniuit formam serui accipiens'. Sicut ait inter cetera ergo quia forma dei accepit formam serui utrumque deus utrum homo, sed utrum deus propter accipientem deum utrumque autem homo propter acceptum hominem.

*M.* Si igitur et humanitas et diuinitas deus est uerus uirgo Maria credenda est dei esse mater sicut est hominis et mater.

*A.* Omnino dei genetrix dicenda est sicut et genetrix hominis quia dominus Iesus Christus per quam in eius utero concipiet homo fieri coepit<sup>1</sup>. Uerus fuit semper et deus.

Auf der letzten Seite des Manuskripts ist unverständlich:  
PHeton . P.

1) cepit.

## 2.

# Die Regel des Tertiariers.

Von

**Walter Goetz** in München.

Die Frage nach der Entstehung des sog. dritten Ordens der Franziskaner ist bis heute noch nicht völlig geklärt. Gegenüber dem — allerdings seltenen — Zweifel, ob dieser Zweig überhaupt schon vom h. Franz gestiftet sei und nicht erst einer späteren Zeit entstamme (da die erste, vom Papst bestätigte Regel erst ins Jahr 1289 fällt), stand die andere Meinung, daß Franz den Tertiariersorden 1221 gegründet habe, um denen, die in der Welt bleiben wollten, die Möglichkeit eines Anteiles an seinen Idealen zu gewähren. Dagegen stellte sich neuerdings eine dritte Anschauung: die Genossenschaft der Tertiariers, die Männer und Frauen, Verheiratete und Unverheiratete, Geistliche und Laien umfassen sollte, sei das ursprüngliche Ziel des h. Franz gewesen; durch das Eingreifen der Kurie sei um ihrer Zwecke willen zum Schmerze des Heiligen die Genossenschaft um 1221 in den drei Zweigen der Minderbrüder, der Klarissen und der Tertiariers fest organisiert worden — die Absichten des Heiligen seien damit durch äußeren Zwang auf den Weg der alten Mönchsorden geleitet worden. Im